

## SM\_1389\_ACA\_CANC\_Reg1894


**1389, febrero, 1. Monzón (Huesca).**

*Juan I, rey de Aragón, pone bajo su protección el hospital de santa Bárbara de la villa de Monzón, fundado por el canónigo de Lérida y natural de dicha villa Juan de Peralta, debido a los abusos cometidos contra esta institución.*

A.- Archivo de la Corona de Aragón, CANCILLERÍA, Reg. 1894, ff. 117r.-v.<sup>1</sup>. Registro de Cancillería en la serie *Gratiarum* (5) de Juan I, compuesto de 247 folios y 497 imágenes en PARES. El documento puede hallarse en las imágenes 396-397.

Pub. Raúl Villagrasa-Elías, “Hospitales y asistencia en Monzón y el Cinca Medio (siglos XIII-XVI)”, *Cuadernos CEHIMO*, 41 (2015), pp. 183-240 (224-225).

Versión *Scripta manent*: Raúl VILLAGRASA-ELÍAS<sup>2</sup>



© MECD. Archivos Estatales (España)

<sup>1</sup> Enlace en PARES <http://pares.mcu.es/ParesBusquedas20/catalogo/description/12774996?nm> [consulta: junio 2022]: *Gratiarum* 5.

<sup>2</sup>Dicho documento forma parte de la tesis doctoral que está realizando Raúl Villagrasa-Elías en la Universidad de Zaragoza (Campus Iberus) sobre la asistencia hospitalaria en la península ibérica en los siglos XIV-XVI bajo la dirección de Cristina Jular Pérez-Alfaro y Concepción Villanueva Morte.

*Imagen 1/2*

**Documento original**

(margen superior: Hospitalis pauperum ville Montissoni)

Nos, Johannes Dei gratia rex Aragonum, etc. Honestis peticionibus supplicum / gratum nos decet prebere consensum et eis maxime que (*tachado*: reful) refucilla-/cionem /hospitacionem\ et comodum pauperum Ihesu Christi ad omnipotentis laudem Domini / concernere demostratur.

Sane peticio humilis per dilectum nostrum Johannes /<sup>5</sup> de Peralta, canonicum et prepositum sedis ilerdensis, nostro oblata culmini / reuerentur effectualiter continebat. Quod quamuis idem Johannes ob Dei reuerenciam / et salutem sue anime et omnium fidelium defunctorum et ad detus proborum hominum / ville Montissoni quoddam hospitale in patio domus vbi dictus Johannes / natus fuit hedifficari, fecerit et construi de bonis propriis suis illudque /<sup>10</sup> deputauerit et assignauerit ad vsum et seruicium pauperum Ihesu Christi ut / in io fieri valeant opera caritatis.

Vniversis contingit sepe quod nobis existentibus in villa eadem / uel quando inibi aduenit gentium multitudo predictum hospitale tam per officiales nostros / quod ville ipsius aliquibus personis incongenis ad recipicadum hospitalitatem in hospicio / pauperum predictorum per pausata indebite assignatur.

Obquod Chrsti pauperes quorum est ab /<sup>15</sup> eorum proprio domicilio excluduntur et caritatis opera in eo fieri assueta /ad[...]\ (*tachado*) peitus / atque cessanter et plura inconuenienciam atque condemnatoria subseguntur.

Quare / nobis humiliter supplicauit ut circa predicta dignarem taliter prouidere ut decetero / Christi pauperes posesione sua spoliari negueant per quospiam cuius supplica-/cionibus benignus inclinati.

Actendentes quod ille mitissimus agnus qui sua ine-/<sup>20</sup>fabi humilitate in ligno crucis saluifice suum preciosum sanguinem miseri-/corditer efundendo et se ipsum Deo patri hostiam sacratissimam imolando / pro redēpcione humani generis quod eterne dāpnacioni suberat, nos instruit, / admonet et ortatur ut Dei pauperibus misericorditer impendamus eos que / custodiamus et sub nostre tuicionis (*tachado*: clip) clipeo deffendamus.

Tenoris presentis /<sup>25</sup> carte nostre ordinamus, statuimus, prouidemus et concedimus gracie eidem hospital / et administratori seu custodi eiusdem presenti et futuro in ipso habitanti quod / nullo vnquam tempore per nos seu aliquos officiales nostros uel successorum nostrorum / possint in [...] hospites, animalia aut alia quacumque bona in dicto hospitali //

(img. 22) (fol. 117v.) neque ipsum aliquibus personis quarumcumque preheminenciam ille dignitate fulgoribus / pro pausata etiam assignari.

Quinimo illud cum omnibus hedifficiis paciis / et aliis constructionibus seruicio pauperum predictorum quod pocius diuinum no-/minari meretur sic penitus dedicatum et ab omni recepcione (*tachado: per*) hospitum /<sup>5</sup> quorumcumque quitum et exemptur ac sub nostri custodia et guidatico speciali positum / vna cum custode ipsius et omnibus pauperibus et bonis existentibus in eodem.

Ita-/quod nullus confidens de nostri gratia uel amore audeat uel presumat predictum / hospitale custodem pauperibus et bona /ipsius\ in aliquo agrauare, maletractare / seu etiam injuriare si itam et indignacionem nostram ac penam mille /<sup>10</sup> florines cupit vice qualibet euitare.

Mandantes cum eadem universis et singulis / officis et subditis nostris presentibus et futuris ac dictorum officiis locatis quatis presen-/tem nostram graciā teneant firmiter et obseruant et non contraueniant seu aliquem / contrauenire permictant aliqua ratione iuso si aliquos stiuerint eam modo / aliquo infrigisse contra eos et bona ipsorum procedant ad execucionem pene /<sup>15</sup> predicte et alter prout forus Aragonum dictat procedi contra guidaticum proteccionem et custodiam speciales principis temere infringentes, taliter ut ipsis / cedat ad penam aliquis transeat in exemplum.

In cuius rei testimo-/nium presentem fieri iussimus nostri sigilli pendentis munimine insiguitam. /

Datum in villa Montissoni die prima febroarii anno a Natiuitate Domini /<sup>20</sup> millesimo trecentesimo octuagesimo nono, regnique nostri tertio. Rex Johanni. /

Dominus Rex mandavit michi / Bernardo de Jonquerio.

\*\*\*\*\*